



A D

NOBILEM, CLARISSIMUM, DEQUE COMMUNI SALVTE  
Patriæ Optimè merentem Virum, DN. FRIDERICUM STEGEMANUM, Regium Suecicum Fiscallem, &c. Dominum meum colendis.

**A**ccipe Suecorum magno conamine Regem,  
A me descriptum carminibus Patriis.  
Nostra etenim nobis Germanica lingua colenda;  
Sic exulta, novo plus valitura modo est.  
Asperitatis enim non est illius, ut umquam  
Leniri nequeat, quomodocunq; velis.  
Maluerim, credas, Græcum Latiumq; poema  
Condere, Teutonicos ac ego versiculos.  
Scilicet hocce modo. Nam qui vulgariter illos  
Rhythmos, queis hominum pars fuit usa, creant;  
Sint docti, tamen à vulgo discrimine vili  
Distant. Namq; illos scribere quisq; potest.  
Hos non. Et magna currunt gravitate, recurrunt;  
Atq; ut producam, non breve tempus habent.  
Inpersi varias res, quas includere poscunt,  
Pluribus exhausti res etiam historicis.  
Nam levitatis erit, tali de numine falsum,  
Fingere, sed verum scribere moris erat.  
Longe aliter, quàm nos mendaces futile vulgus  
Vates insanodictitat ex cerebro,

Nullus